22005 2v Cos

Lopienski Absitio

Nobilis Martinus olim Mathiae Lopienski Actor in et Contra Nobilem Stanislaum filium Nobilis Jacobi Drozowski de Drozowo haeredem ad solvendum et pro Condemnatis hunc satisfaciendum Conscitatum in Causa Ad Inscriptionem Suam Terrestrem Stravensem qua mediante submisit se et inscripsit certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae summam duodecem florenos pro tempore certo in Inscriptione specificato solvere cui inscriptioni contravenit nec vadium ibidem appositum metuebat summam praefatam non persolvit quo facto vadium simile summae essentiati succubuit. Citatione ipsa Cuius Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Lopienski ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit de his latiore Ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski iuridice clamatum et non comparentem Terminum Contumacialem satisfactoriumque ex Regestri ordine ac admissione officii praesentis idem actor exspectavit contentaque decerni afectavit. Et Officium hoc idem visa et considerata Citati clamari et non comparentis ut supra contumacia sed cum interpositione vadiorum triplicatorum. Vide ergo.

Hostrowie Baniti

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem Nobilis Nobilibus tenoris talis. Franciscus Joannes Leinowski Branscensis Capitaneus Vobis Nobilibus Valentino olim Joannis Leonardo olim Laurentii Hostrowi de Hostri litwa haeredibus Ex Sacrae Regiae et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut Coram Nobis seu Officio nostro Castrensi in Curia Regia Branscensi in Terminis Querellarum ac Causarum officii Capitanealis Castrensis Branscensis feria secunda post Datam praesentis Citationis primo et proximius celebrandis pro et peremptorie Compareatis Ad Instantiam fisci Sacrae Regiae Maiestatis et ipsius delatoris Generosi Joannis Skinski Notarii Castrensis Branscensis et Exactoris Terrestris Bielscensis atque Nobilis Mathiae olim Leonardi Hostro de Hostri litwa haeredis Qui vos citat ideo Quia vos existentes bonorum Hostri litwa seu possessionum certarum in eisdem bonis sitis possessores seu quovismodo haeredes et quaesitores ex eisdem obnis non intulistis neque citatis Contributionem publicam vicesimam aggrariam in Comitiis Generalibus Varsaviensibus laudatam et in Conventu particulari Terrestri Bielscensi concessam eidem fisco Reipublicae dare et restituere videlicet Nobilis Valentinus Hostro de quarta parte Mansi sortis stanislanowskiey Leonardus vero de media quarta mansi sortis staquisitis neque ad manus exactoris neque moderni delatoris extradere per quod poenam banitionis eo nomine in Constitutionibus Regni contra retentores Contributionum publicarum sancitos incidistis Citamini itaque